

Confraternita SS.Rosario

Castel di Sangro (AQ)

OFFICIO

DELLA BEATA VERGINE MARIA



Chiesa di S.Giovanni Battista



ORAZIONE

DA DIRSI AVANTI IL DIVINO UFFIZIO

Aperi, Dómine, os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab òmnibus vanis, pervérsis et aliénis cogitatióibus, intelléctum illúmina, afféctum inflàmma; ut digne, attente, ac devóte hoc officium recitare vàleam, et exaudiri mérear ante cóspectum divínae majestàtis tuae. Per Christum Dòminum nostrum.y. Amen.

Dòmine, in unióne illius divinae intentiònis, qua ipse in terris làudes Deo persolvisti, has tibi horas persòlvo.

OFFIZIO PRIMO DELLA B. V. MARIA

Che si dice dal Vespro del Sabato innanzi la prima domenica dell'Avvento, eccettuato il giorno dell'Annunziata, in cui si dice quello, che corre nell'Avvento.

AL MATUTINO

Finita la preparazione, il Governatore suonerà il campanello e levatosi in piedi il Coro de' Fratelli, esso Governatore intonerà la seguente Salutatione.

AVE MARIA, gratia piena: Dominus tecum: Il Coro seguirà. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, et in hora mortis nostrae. Amen.

Il Governatore, facendosi il segno della Croce su le labbra, intonerà il seguente Versetto.

Domine labia mea aperies. Il Coro. V. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

Facendosi di nuovo il segno della Croce dalla fronte al petto alzando alquanto la voce: soggiungerà:

y. Deus in adjutorium meum intende. *Il Coro.* V. Domine ad adjuvandum me festina. *E chinato il capo verso l'Altare seguirà.* y. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

y. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Alleluja.

Ave Maria, Gratia piena: *Dominus tecum.

Il Coro. V. Ave Maria, gratia piena: *Dominus tecum.

I Cantori.

Salmo 94

Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro: praeoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Il Coro. Ave Maria, Gratia plena: *Dominus tecum.

I Cantori. Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terrae, et altitudines montium ipse conspicit.

Il Coro. Dominus tecum.

I Cantori. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus: *qui s'inginocchia sino al ploremus*, Venite adoremus, et procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos; quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus ejus, et oves pasquae ejus.

Il Coro. Ave Maria, Gratia plena: Dominus tecum.

I Cantori. Hodie si vocem ejus audieritis, polite abdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, et viderunt opera mea.

Il Coro. Dominus tecum.

I Cantori. Ouadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi, semper hi errant corde: ipsi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Il Coro. Ave Maria, Gratia plena: Dominus tecum.

Mentre si dice il Gloria Patri, i Cantori e tutto il Coro de' Fratelli staranno col capo chinato verso l'Altare sino al Sicut erat. *I Cantori.* Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Il Coro. Dominus tecum.

I Cantori. Ave Maria gratia plena. *Il Coro.*

Dominus tecum.

INNO

Quem Terra, Pontus, Sidera
Colunt, adorant, praedicant, Trinam
regentem machinam, Claustum Mariae
bajulat.

Cui Luna, Sol, et omnia Deserviunt per
tempora; Perfusa Coeli gratia,
Gestant Puellae viscera.

Beata Mater munere,

Cujus, supernus Artifex Mundum pugillo continens, Ventris sub
arca clausus est.

Beata Coeli Nuntio,
Fecunda sancto Spiritu, Desideratus
Gentibus Cujus per alvum fusus est.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu In
sempiterna saecula. Amen.

QUESTI TRE SALMI *si dicono nella Domenica, Lunedì, e
Giovedì al Notturmo.*

*L'asterisco * tra i Versetti de' Salmi dinota la pausa, che
si deve fare nel Canto.*

*Il Governatore intonerà l'Antifona. Benedic
ta tu.*

*Ed i Cantori il seguente Salmo cantandosi un Versetto
per Coro.*

Salmo 8

Domine Dominus noster, *quam admirabile est nomen
tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua *super
coelos.

Ex ore infantium, et lactentium perfecisti laudem propter
inimicos tuos, *ut destruas inimicum, et ultorem.

Quoniam videbo coelos tuos, opera digitorum tuorum:
*lunam, et stellas quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? *aut filius hominis
quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria, et honorem
coronasti eum: *et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus ejus; *oves et boves
universas, insuper et pecora campi.

Volucres coeli, et pisces maris, *qui perambulant semitas
maris.

Domine Dominus noster, *quam admirabile est nomen
tuum in universa terra!

Gloria Patri, et Filio etc.

Anti f. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris
tui.

L'altro Assistente dirà l'Antifona.

Sicut myrrha.

Salmo 18

Coeli enarrant gloriam Dei, *et opera manum ejus
annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum; *et nox nocti indicat
scientiam.

Non sunt loquelaе, neque sermones: *quorum non
audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum: *et in fines orbis
terrae verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: *et ipse tamquam
sponsus procedens de thalamo suo.

Exultavit ut gigas ad currendam viam: *a summo coelo
egressio ejus.

Et occursus ejus usque ad summum ejus: *nec est qui se
abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata, convertens animas:
*testimonium Domini Fidele, sapientiam praestans parvulis.

Justitiae Domini rectae, laetificantes corda: *praeceptum
Domini lucidum illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in saeculum saeculi:

*iudicia Domini vera justificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurum, et lapidem pretiosum
multum: *et dulciora super mel, et favum.

Etenim servus tuus custodit ea: *in custodiendis illis
retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: *et ab
alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: *et
emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei: *et meditatio
cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus: *et redemptor meus. Gloria
Patri, etc.

Anti f. Sicut myrrha electa odorem dedisti suavitatis
sancta Dei Genetrix.

Anti f. Ante thorum. Salmo 23

Domini est terra, et plenitudo ejus: *orbis terrarum, et
universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: *et super f lumina
praeparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? *aut quis stabit in
loco sancto ejus?

Innocens manibus, et mundo corde, *qui non accepit in
vano animam suam, nec juravi in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: *et misericordiam a
Deo salutari suo.

Haec est generatio quaerentium, eum *quaerentium
faciem Dei Jacob.

Attolite portas principes vestras, et elevamini portae
aeternales: *et introibit Rex gloriae.

Qui est iste Rex gloriae? *Dominus fortis, et potens:
Dominus potens in praelio.

Attolite portas principes vestras, et elevamini portae
aeternales: *et introibit Rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? dominus virtutum ipse est Rex
gloriae.

Gloria Patri, etc.

Anti f. Ante Thorum hujus Virginis frequentate nobis dulcia
cantica dramatis.

I Cantori. V. Diffusa est gratia in labiis tuis. Il Coro. V.

Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Il Goverantore. Pater noster segreto sino al ~v.

Et ne nos inducas in tentationem. Il Coro. y. Sed libera nos a malo.

Il Governatore. Assoluzione.

Precibus, et meritis Beatae Mariae semper Virginis, et omnium sanctorum perducatur nos. Dominus ad regna coelorum.

Il Coro. y. Amen.

Quello, al quale sarà ordinata la prima Lezione, dirà in mezzo dell'Oratorio con atto riverente.

V. Jube domne benedicere.

Ed il Governatore dirà la benedizione.

Nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria. *Il Coro. V. Amen.*

Mentre il Fratello dirà la Lezione al leggio, staranno tutti a sedere, finita la quale al suono del campanello si leveranno tutti in piedi.

LEZIONE PRIMA

ECCL.

In omnibus requiem quaesivi, et in haereditate Domini morabor. tunc praecepit, et dixit mihi Creator omnium: et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, et dixit mihi: In Jacob inhabita, et in Israel haereditare, et in electis meis mitte radices. Tu autem Domine miserere nobis.

Il Coro. y. Deo gratias.

*Uno degli assistenti dirà il 'v. Sancta, et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio: *quia quem coeli capere non poterant tuo gremio contulisti.*

Quello che ha detto la Lezione risponderà.

y. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.

L'Assistente y. Quia quem coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

Il Fratello, detta che avrà la Lezione, andrà all'Altare ad inginocchiarsi, poi inteso il suono del campanello, tornerà al suo

luogo.

Quello, a cui sarà ordinata la seconda Lezione, dirà come sopra.

y. Jube domne benedicere.

Il Governatore. Ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum.

Il Coro. y. Amen.

LEZIONE II

Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei haereditas, illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea. Tu autem Domine miserere nobis.

Il Coro. V. Deo gratias.

*L'altro Assistente dirà il V. Beata es Virgo Maria, quae Dominum portasti Creatorem mundi: *Genuisti qui te fecit, et in aeternum permanes Virgo.*

*y. Ave Maria, gratia plena: *Dominus tecum.*

y. Genuisti qui te fecit, et in aeternum permanes Virgo.

Quando si dice il Te Deum, si aggiunge in fine di questo Responsorio il y. Gloria Patri, et filio, et Spiritui Sancto lv. Genuisti qui te fecit, et in aeternum permanes Virgo.

L'altro Fratello al quale sarà ordinata la terza Lezione dirà y. Jube domne benedicere.

Il Governatore. Per Virginem Matrem concedat nobis Dominus salutem, et pacem.

Il Coro. lv. Amen.

LEZIONE III

Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosae in jerico. Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum, et balsamum aromatizans odorem dedi quasi myrra electa dedi suavitatem odoris. Tu autem Domine miserere nobis. Il Coro. V. Deo gratias.

INNO DE' SANTI AMBROGIO, ED AGOSTINO

Te Deum laudamus: *te Dominum confitemur. Te aeternum
Patrem: *omnis terra veneratur,

Tibi omnes Angeli: *tibi coeli, et universae potestates.

Tibi Cherubim, et Seraphim: *incessabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.

Pieni sunt coeli, et terra: majestatis gloriae tuae. Te
gloriosus *Apostolorum chorus. Te Prophetarum
*laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus *laudat exercitus.

Te per orbem terrarum *sancta confitetur Ec
clesia.

Patrem *immensae majestatis.

Venerandum tuum verum, *et unicum Filium. Sanctum
quoque *Paraclitum Spiritum. Tu Rex gloriae *Christe.

Tu Patris *sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem: *non horruisti
Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo: *aperuisti credenti
bus regna coelorum.

Tu ad dexteram Dei sedes: *in gloria Patris.

Judex crederis esse venturus. *Qui*

s'inginocchia

Tu ergo quaesumus tuis famulis subveni: *quos
praetioso sanguine redemisti.

S'alza in piedi

Eterna fac cum sanctis tuis *in gloria nu
merari.

Salvum fac populum tuum Domine: *et benedic haereditati
tuae.

Et rege eos: *et extolle illos usque in aeternum. Per
singulos dies *benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in saeculum: *et in saeculum
saeculi.

Dignare Domine die isto sine peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine: *miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos:

*quaemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi: *non confundar in aeternum

ALLE LAUDI

Il Governatore facendosi il segno della Croce intuonerà.

Deus in adiutorium meum intende.

Il Coro. V. Domine ad adjuvandum me festina. V. Gloria

Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

'. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum Amen. Alleluja.

Il Governatore. Antifona. Assumpta est. Ed i Cantori il seguente Salmo.

Salmo 92

Dominus regnavit, decorem indutus est: *indutus est Dominus fortitudinem, et praecinxit se.

Etenim firmavit orbem terrae: *qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc: *a saeculo tu es. Elevaverunt flumina Domine: *elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos: *a vocibus aquarum multarum.

Mirabiles eletiones maris, *mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: *domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Gloria Patri, et Filio, etc.

L'Assistente, *Anti f.* Assumpta est Maria in coelum, gaudent Angeli, laudantes, benedicunt Dominum.

Anti f. Maria virgo.

Salmo 99

Jubilate Deo omnis terra: *servite Domino in laetitia.

Introite in conspectu ejus, *in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: *ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Populus ejus, et oves pasquae ejus *introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis; confitemini illi.

Laudate nomen ejus: quoniam suavis est Dominus in aeternum misericordia ejus *et usque in generationem, et generationem veritas ejus.

Gloria Patri, etc.

Anti f. Maria Virgo assumpta est ad aeternum thalamum, in quo Rex Regum stellato sedet solio.

Anti f. In odorem.

Salmo 62

Deus, Deus meus, *ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, *quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et in via, et in aquosa: *sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: *labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: *et in nomine tuo lavabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: *et labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: *quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhaesit anima mea post te: *me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quaesierunt animam meam, introibunt in inferiora terrae: *tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero laetabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui jurant in eo: *quia obstructum est os loquentium iniqua.

Gloria Patri etc...

Antifona: in odorem unguentorum tuorum currimus adolescentulae dilixerunt te nimis.

Ant. Benedicta filia.

Cantico de' tre Fanciulli

Dan. 3

Benedicite omnia opera Domini Domino: *laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite Angeli Domini Domino: *benedicite coeli Domino.

Benedicite aquae omnes, quae super coelos sunt, Domino: *benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol, et Luna Domino: *benedicite stellae coeli Domino.

Benedicite omnis imber, et ros Domino: *benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis, et aestus Domino: benedicite frigus, et aestus Domino.

Benedicite rores, et pruina Domino: *benedicite gelu,
et frigus Domino.

Benedicite glacies, et nives Domino: benedicite noctes, et
dies Domino.

Benedicite lux, et tenebrae Domino: *benedicite
fulgura, et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: *laudet, et superexaltet eum in
saecula.

Benedicite montes, et colles Domino: *benedicite
universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: *benedicite maria, et flumina
Domino.

Benedicite cete, et omnia, quae moventur in aquis
Domino: *benedicite omnes volucres coeli Domino.

Benedicite omnes bestiae, et pecora Domino: *benedicite
filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: *laudet, et superexaltet eum
in saecula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino: *benedicite servi
Domini Domino.

Benedicite spiritus, et animae justorum Domino:
*benedicite sancti, et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: *laudate, et
superexaltate eum in saecula.

Benedicamus: Patrem, et Filium, cum Sancto Spiritu:
*laudemus, et superexaltemus eum in saecula.

Benedictus es Domine in firmamento caeli, *et laudabilis, et
gloriosus, et superexaltatus in saecula.

Qui non si dice Gloria Patri, né Amen.

Ani. Benedicta filia tu a Domino, quia per te fructum
vitae communicavimus.

Ant. Pulchra es.

Salmo 148

Laudate Dominum de caelis: *laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: *laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol, et luna: *laudate eum omnes stellae, et lumen.

Laudate eum coeli coelorum: *et aquae omnes quae super coelos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ispe dixit et facta sunt: *ipse mandavit et creata sunt.

Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: *praeceptum posuit, et non praeteribit.

Laudate Dominum de terra: *dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: *quae faciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles: *ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiae, et universa pecora: *serpentes, et volucres pennatae.

Reges terrae, et omnes populi: *principes et omnes iudices terrae.

Juvenes, et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini: *quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super caelum, et terram; *et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: *filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Gloria Patri, et Filio, etc.

Antif. Pulchra es, et decora filia Jerusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata.

Il Governatore dirà in voce alta il seguente Capitolo

Cant. 6 c.

Viderunt eam filiae Sion, et beatissimam praedicaverunt, et reginae laudaverunt eam.

Il Coro. y. Deo gratias.

I Cantori intuoneranno l'Inno seguente avanti l'Altare.

INNO

O Gloriosa Virginum.

Sublimis inter sidera, Qui te
creavit, parvulum Lactente nutris
ubere.

Quod Heva tristis abstulit,

Tu reddis almo germine: Intrent ut
astra flebiles, Coeli recludis
cardines.

Tu regis alti janua,

Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem, Gentes
redemptae plaudite.

Jesu, tibi sit gloria,

Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu, In
sempiterna saecula. Amen.

I Cantori 'v. Benedicta tu in mulieribus.

Il Coro. y. Et Benedictus fructus ventris tui. Il

Governatore. Antif. Beata Dei genitrix.

Nel tempo Pasquale si lascia la predetta Antifona

Regina coeli.

CANTICO DI ZACCARIA

Luc. I

Benedictus Dominus Deus Israel: *quia visitavit, et fecit
redemptionem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis, *in domo David pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum, *qui a saeculo sunt,
Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris: *et de manu omnium,
qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: *et
memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum,

*daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati,
*serviamus illi.

In sanctitate, et justitia coram ipso, *omnibus diebus
nostris.

Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis; *praebis enim
ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scietiam salutis plebi ejus, *in remissionem
peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: *in quibus visitavit
nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis
sedent: *ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri, etc.

L'Assistente dirà l'Antif. Beata Dei Genitrix Maria, Virgo
perpetua, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, sola, sine
exemplo, placuisti Domino nostro Jesu Christo: ora pro populo,
interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu.

Nel tempo Pasquale. Antif. Regina coeli laetere, alleluja:
Quia quem meruisti portare, alleluja. Resurrexit sicut dixit,
alleluja. Ora pro nobis Deum, Alleluja.

Il Governatore. Kyrie eleison.

y. Christe eleison.

y. Kyrie eleison.

y. Domine exaudi orationem meam

y. Et clamor meus ad te veniat.

Il Governatore

OREMUS. Deus, qui de beate Mariae Virginis utero. Verbum tuum,
Angelo muntiante carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus
tuis: ut, qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te
intercessionibus adjuvemur. Per eundem Christum Dominum
nostrum.

Il Coro. y Amen.

Il Governatore. y. Domine exaudi orationem
meam.

Il Coro. '. Et clamor meus ad te veniat.

I Cantori. y. Benedicamus Domino.

Il Coro. y. Deo gratias.